Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

nostrum ihesu xristu et per cari-
tatem sancti spiritus ut adiuuet
me in orationibus et orem pro me
ad deum ut liberet ab infidelibus
qui sunt in iudea : et obsequium mei
oblatio accepta fiat in ihrlm sancte
vt veniam ad vos in gaudio per vo-
luntatem dei ut refrigerer vobis-
cum Deus autem pacis sit cum om-
nibus vobis amen :- XVI

QOmmendo autem vobis phe-
ben sororem nostram que est
in ministerio ecclie que est
cenchreis ut eam suscipiatis in
domino dignemodum sanctis : et assista-
tis ei in quocumque negotio vestri indi-
gerit etenim ipsa quoque astitit
multis : michi quoque. Salutate prisca
et aquila adiutores meos in xpo
ihesu : qui pro anima mea suam
cervicem supposerunt : quibus non
solus ego gratias ago sed et omnes
ecclie gentium : et domestica eorum
Salutate ephenetum dilectum
michi : qui est primitiuus asye in
xpo ihu Salutate mariam que
multum laborauit in vobis Salu-
tate andronicum et iuniam cog-
natos et concaptiuos meos qui
sunt nobiles in apostolis qui et ante me
fuerunt in xpo Salutate ampli-
atum dilectissimum michi in dno
Salutate urbanum adiutorem
nostrum in xpo ihu : et Stachim dila-
tum meum Salutate apellen pro
bum in xristo Salutate eos qui
sunt ex aristoboli domo Salutate
herodionem cognatum meum Sa-
lutate eos qui sunt ex narcisi do-
mo qui sunt in domino Salutate
Tryphenam et Tryphosam : que la-
borant in dno Salutate persidam
carissimam que multum laborauit
in dno Salutate rufum electum
in dno : et matrem eius et meam
Salutate asyncretum flegontam
hermam patrobam hermam : et qui
cum eis sunt fratres Salutate
philologum et iuliam nereum et so-
rorem eius et olimpiadem et omnes
qui cum eis sunt sanctos Salutate
inuicem in osculo sancto Salutant
vos omnes ecclie xpi Rogo autem
vos fratres ut obseruetis eos
qui dissensiones et offendicula
preter doctrinam quam vos didicistis
faciunt : et declinate ab illis hi
modi enim xpo domino nostro non ser-
uiunt sed suo ventri : et per dul-
ces sermones et benedictiones seduc-
unt corda innocentum. Vestra enim
obedientia in omnem locum diuul-
gata est Gaudeo igitur in vobis si-
quidem volo vos sapientes esse in bono
et simplices in malo : Deus autem
pacis conteret sathanam sub pedi-
bus vestris velocitate Salutat vos
Timotheus adiutor meus et Gra-
tia domini nostri ihu xpi vobiscum
et lucius et iason et sosipater
cognati mei Saluto vos ego ter-
tius : qui scripsi epistolam in dno :
Salutat vos Gaius hospes me-
us : et universa ecclie Salutat
vos erastus archarius ciuitatis
et quartus frater Gratia domini
nostri xpi ihu cum omnibus vobis amen
Ei autem qui potens est vos confir-
mare iuxta euangelium meum et
predicationem ihu xpi : secundum re-
lationem mysterii temporibus eternis
tacti quod nunc patefactum est per
scripturas prophetarum secundum precep-
tum eterni dei ad obedientiam fidei
in omnibus gentibus cognitum soli
sapienti deo per ihesum xpm : cui
honor et gloria in secula secu-
lorum amen :- Explicit epistola
ad romanos incipit epistola
ad chorinthios